

112

112



Capt. W. W. W.

R. 76  

---

4/21

112-1

5



6

*Diego Llo Sanchez*

*Diego*

*[Illegible scribbled text]*



112  
/



1. ... Tractatus de unione
2. ... Apologiae Medicae.
3. ... Dubium an in incubo peccitent.
4. ... Tractatus super sanguine.
5. ... Super febri peccitent.
6. ... Exercitatio 27 et 28
7. ... super Hippocrate et Galeno.
8. ... apologia D. Joannis de Luna et Medici Hippaleni.
9. ... Disputa y averiguacion de la enfermedad peccitent.
10. ... De utilitate y vicia sectionis in venis.
11. ... De la utilidad de los sanguias en la Viruela.
12. ... Apologiae Medicae.
13. ... Disputa D. Francisci Trimmerii
14. ... Tractatus circa remm argenti vivi temperantiam.
15. ... De salubritate opinionum de argento vivo.











18683812







DOCTISSIMO

LVDOVICO MER  
CADO, DOCTORI MEDICO,  
ac à cubiculo Regio emerito, philosopho  
præstantissimo, olimq; Vallisoleti primariã  
Cathedram Regenti, suus Doctor Ioannes  
de Sosa Sotomaior medicus ac chirurgus  
Hispalensis salutem & fœlicita-  
tem exoptat.

Año.



1606

---

CUM LICENTIA.





**I**NTER ea quæ curando, observandoq; acci-  
dūt, illud ad te scribere decreui, quòd anno præ-  
terito millesimo, quingentesimo, octogesimo  
nono, cæcere Hispalensi mihi contigit; scilicet vul-  
nus pertingens ad duas cavitates tam vitalem quàm  
naturalem, quibus omētum seu zirbum exiuit, & ve  
per te lucem videat hoc opusculum, tibi dicandum  
existimaui. Etiàm vt a calūnia liberetur, & inter tan-  
ta opera tua recondas, vt ab eis prætiū incompara-  
bile suscipat, sicut tua doctissima quæ apud omnes  
nationes magni habentur, ob suam singularem doc-  
trinā, quā de se mittūt, atq; in ipsis refulget, ob suāq;  
mirā eloquentiā, fructūq; nō minus humanæ saluti ad-  
hibēt presertim in hoc turbulento sæculo, & tāta im-  
peritorū multitudine, fœliciter cedit seligere eū, qui  
medicinæ exactam methodum candidè, & syncerè  
exercet, sunt alij qui medicinam, ac chirurgiam pul-  
chrè dissimulantes inficiunt; in his itaq; dignoscendis  
quanta sit opus prudētia! ab eis tanquam a peste fu-  
gere cupio, & ad te accedere, hoc opusculum, etiàm  
de bubone venereo quæstionem, ac curationem de-  
sidero rimens illud Galeni dicētis lib. 2. de crisi-  
bus. cap. 8. quod igitur nullus scribendi methodus mor-  
dacitatem possit effugere; neq; enim ego, quod etiā  
Plato huius rei meminit: Quare (honos litterarum  
ac prudentiæ) frōte hilari accipias rogo, quidquid in  
hoc opusculo quantulocunq; in veneris, & ite-  
rum exoro, vt numeres Fœlicis Lapillo,  
quod si feceris, facile patiar im-  
probari à vitiligatoribus  
huius sæculi  
Vale.

TRA



8

TRACTATUS  
DE CVIVSDAM NOVI

VVLNERIS CVRATIONE QVOD

*pertingit ad duas cavitates tam vitalem  
quam naturalem.*

**C**LASSEARIVM remex alterũ gladio acu-  
to quo frequẽter sicarij vtuntur percu-  
sit. Ambo florentes ætate, & remiges ambo & rixari  
pares, & vulnerari parati: rixa orta inter illos fuit, vt  
Hispalẽsi carcere fieri solet. Qua potuit violẽtia Ma-  
tallana, alterius, qui Chinonũ cupabatur, perfodit tho-  
racẽ septumq; transversum ad imũ vsq; v̄trem, ita vt  
a vulnere illato bona om̄ti pars ẽ propria sede eru-  
pit, tũc ego accedẽs, medicus, & chirurgus pro pres-  
tantissimo senatu Hispalẽsi iuratus, ad cõsiliũ casum  
admissi, in illo tẽporis momẽto, quo vino tepido vul-  
nus laui, & sanguinis fluxũ cohibui medicamentis id  
valẽtibus, nõ tamẽ psalmis (solet enim esse species su-  
perstitionis vt ait D. Th. 2. 2. q. 92. ar. 1. Ledesma. 2.  
parte suæ summe tract. de iuramẽto cap. 7. ver. 2. ma-  
nera, Armilla in summa verbo superstitio, idem ver-  
bo incãtatio parrapho. 2. fr. Ludouicus Lopetius in-  
struct. cõsciẽtiæ cap. 43. Tol. in su. lib. 4. c. 16. vt in epi-  
stola ad. DD. Antoniũ Alfonso de Sosa est videre)  
illico iudicavi diaphragma esse læsũ, vt omentũ testa-  
batur tãquã omniũ intestinorũ coopertoriũ, vt suo ca-  
lore coctionẽ adiuuet, vulnus autẽ inter duas costas  
mẽdofas erat. Cũ primũ ad eum accessi om̄tũ frigi-  
dũ, ac liuidũ apparuit, ideo filo cerato ligavi, abscidi,  
adusi leui quodã cauterio, ipsũq; intromisi, sed extra  
vuln9 filũ p̄debat qd duob9 pũctis adiũxi ⁊ desuper  
q̄ imposui albumẽ oui oleo aparitij agitatu: sic reliqui

vide M A R-  
TINVM DEL  
RIO QVAES  
TIONE 4. lib.  
1. cap. 3. per  
totum.

Theodo-  
ricus lib.  
2. cap. 16.  
S. in qua-  
cunq; igi-  
tur parte  
thoracis,  
fiat, vul-  
nus, ⁊  
etiam cap.  
19. S. di-  
co ergo.



*Vel oximel dari potest 6. de locis c. 4. addilue dos vesice grumos.*

*Fen. 4. de vulneribus penetrantibus in cavitate membro- rum spiritalium. fol. 73.*

cundum vsq; diem, sed post tres horas illi è sinistra basilica sanguinẽ mittere iussi, sinistrũ enim latus vulnere affectum erat. Præcepi etiam per interualla ad diluendos sanguinis grumos poscam tepidã bibere, vt præcepit Galenus 5. metho. c. 8. §. vbi hæc sunt facta primũ posca. Secunda verò curatione, quæ post vigessimam quartam horã fuit, vulneri applicui oleũ nostrum Magistrale, de superq; tetrastapharmacum, & vulneris circumferentiam irrigavi oleo rosaceo ac lumbricorũ, de superq; imposui emplastrũ calaminthæ ex Dini Florentini compositione, quod tale est. Rec. calaminthæ, absinthij farinæ hordei, & foenugræci, cribaturæ furfuris coctorũ in vino melleq; fiat emplastrum. Quod mirificè sanguinis grumos resoluit; quorum causa inspirare non poterat, ideo venam aperire iussi. Huius etiam magistralis aquæ quarta quoq; hora bibebat libram quidem sed tepidã (hiems enim erat) quæ talis est. Hordei mudi contusi passularum enucleatarum. ana. p. iij. radicum Buglosi aliquantulũ contusi vncias. iij. liquiritiæ rasæ contusæ. vnc. j. ꝑ. seminũ cõmuniũ vnc. ij. iuiubarum nu. 20. prunorum 15. vel ipsorũ carnis vnc. iij. radicum petroselini contusi. M. i. fiat de coctio secundum artem in libris 14. aquæ pluuiialis, vel fontanæ, pluuiali nõ præsentia ad cõsumptionem tertie partis, deinde colletur forti expressione, cui adde penidiarũ vnc. iij. ꝑ. rosati, ac radicum ana. vnc. iij. sachari librã semis sem, cinamomi 3. j. ꝑ. fiat apozema. Quo vsus fuit vulneratus per totũ tẽpus curationis. Tertio autẽ die iterum venam secare feci, ventrem que emolliri iussi clystere. Syrupum rosatum ac violatum quotidie lambendo sumebat, pro prandia panetelam è iure



pulli Gallinacei, ac eius hepata tantum vt Hipp. præcepta adimplerentur dicentis · vulneratos fame affligito, ideo ad septimam vsq; diem prædictam victus rationem seruauit : post septimum verò pullam assam illi concessi . Et quoniam vlnus aliquantulum inflamationis corripuit, ad balsamū Francisci Arcei Fraxinalensis me contuli, quod tale est. Re. terbētinae clarę & emplastri gummi elemi ana. vnc. j. ff. Sepi castrati. vnc. ii. aungia porcine antiquę vnc. j, misce & ad ignē fiat linimentū, & colletur, & quoties illo vti volebā calefaciebam, & extremo plumæ gallinaeæ labra vulneris intus etiā liniebā, de superq; tetrapharmacū, quoniā ad pus mouēdum magno opere iuuat, gummi elemi etiam emplastro admisto, & loco emplastri calaminthæ, vsus fui emplastro ex additione venerādi magistri ac celeberrimi Bartolomei Hidalgo de Aguero, quod tale est. Re. oximellis, sape, lixiuij. an. lib. i. farinæ hordei & fabarū, orobiq; an. qd sufficiat fiat emplastrū, cui adde pulpę Altheę & aungię porcine antiquę ana. lib. semissem misce.

Aduertendū est, hoc emplastrum adhiberi oportere magna cum præmeditatione, tantum enim dum adfuerit dolor, ac inflammatio. Postea verò dū abfuerit, ab eo fugere conuenit. Liber ab inflamatione fuit decimo quarto die, ideo prohibui mollificatiua medicamēta, ne liquiditas aggregetur in profundo pectoris, huiusmodi enim vulnera sunt difficilis consolidationis ob ipsius profunditatem, ideo vti debemus medicinis exiccantibus, tam in interiori quàm in exteriori, vt aduertit Dinus Florētinus super fen. 4. tractatu. i. cap. 7. de vulneribus viscerum, sed eius mentem adimpleui post casum scaræ quod fuit de-



eimo septimo die, deinceps fui vsus emplastro ex  
farinis oximelleq; vulneri etiã imposui sequens car  
nẽ generans quod est siccũ in gradu i. vt docuit Ga  
lenus, quod sic se habet. Re. thuris sarcocollæ, farine  
hordei & fabarũ orobiq; , Aristolochiæ ana. 3. ss. in  
poline redigãtur syrupi rosati. vnc. ij. mis. de superq;  
imponere libuit emplastri diacalcis his, & vnguenti  
minij cocti ana. vnc. j. olei rosati omphancini tãtillũ,  
fiat vnguentum, tunc vlcus sanitatem adeptum est  
post vigesimum septimum diem.

Hac etiam methodo euasisse Augustinum Ca  
macho ex ciuitate de Xerez de la Frontera fateor. Qui  
perfossus fuit a mamilla sinistra ad spinam vsq;, qui  
septimo die sanitati fuit restitutus sine vllis acciden  
tibus, solis tantũ euacuationibus, victus ratione, &  
calaminthę emplastri appositione & etiã olei nostri.  
Andreas quoq; de Paredes oppidi De San Martin  
junto a Guadalaajara, clauicula sinistra, ad homopla  
tos vsq; ensis attigit, etiã cũ ipsius spatulæ ossis lessio  
ne iisdẽ numero diebus sanitati a me fuisse restitutũ  
fateor; in quo secutus sum per totũ doctrinã Galeni  
sæpius etiã foramen in cauas thoracis partes illatum  
tribus diebus conglutinatum conspeximus.

Libro de  
Vene sec  
tione cap.  
6. ad finẽ.

Galenus  
6. de locis  
affectis c.  
4. §. gru  
num ve  
ro.  
Pareus lib  
9. cap. 33.

Non abre (medicinæ restaurator) tibi adducam  
alteram historiam quæ his diebus mihi contigit, quę  
talis est. Famulus D. Gundisalui Marmolejo prestã  
tissimi Hispalẽsis Senatoris ab alio percusus fuit late  
re sinistro pectoris inter sextã septimãq; costã, ita vt  
septũ, renẽq; sinistrũ vulneratũ intelligeremus, sta  
tim enim vnã cũ vrina sanguinẽ mingebat, etiã vri  
næ suppressionẽ patiebatur, & per ipsius virgæ fora  
men sanguinis grumos expellebat, alias sanguinẽ pu  
rum



4  
rum sine urinae mixtione, & etiam simul id ad septimum usque diem vidimus etiam aegrum inguinis sinistri dolorem pati, tandem Dei optimi maximi auxilio sanum evasisse testor.

Quoniam exempla maximè conducunt, ut chirurgi idipsum faciant maiori audacia, videant rogo Marcellum Donatum lib. de medica historia cap. 4. fol. 277. per hæc verba dicentem, extrenuus Theodorus Bua equitum doctor qui præterquod vulnus a quo sinistra manus abscissa & separata fuerat, quoniã sola cutis inferior eam detinuit, ne humo caderet quæ tuta fuit, & ex applicatis medicamentis coaluerunt partes, & sanitati fuit restituta, motum amisit, unde utilior est in arte medica experientia, nobilissima verò ratio.

### Scholium.

**P**RAEDICTVM vulnus minoris est periculi, fuit enim in sinistro latere, quod maiore habet capacitatem: ob lienis parvitatem & quia ibi fundus ventriculi est, ideo minoris periculi, quoniã carnasior est parte superiori ipsius. Si autem vulnus esset in dextro latere, necessario iecur afficeretur vulnere, in maximè diaphragmati adhæret ob maiorem corpulentiam qua pollet iecur, ideo necesse erat illud vulnerari, ac mori ex tali vulnere, si Hippocrati credimus 5. epidem. text. 38. quãdo ait puer a mulo vulneratus ventrem, & hepar, mortuus est die quarto, & aliã multa quæ a Valleſio in eius commentario super prædictum textum, quæ digna sunt lectu, etiam textus 56. eodem lib. 5. per hæc verba, ei cui hepar percussus est iaculo, statim colore qualis mortuorum diffusus est, oculi caui, anxietas, difficilis tolerantia, mortus



mortuus est antequam coctio solueretur, eadem die percussus, & Galenus sexta particula aphorismorum. 18. quare falluntur qui affirmant posse vivere cum deperditione alicuius partis, maxime iecoris, idem tenet Cornelius Celsus lib. 5. cap. 26. §. seruari. Vnde inferri potest, maius habere periculum aliquando vulnera iecoris, quam cordis, quoniam octauam diem attingere solent, quod Pinedo accidit, ut in epistola quam scripsimus ad excellentissimum Ducem de Alcala est videre, & etiam alteri Petro Fernandez ex oppido de *Azuaga*, quem anno praeterito sexcentesimo quinto vidimus & proprijs manibus secuimus, inveni etiam ventriculum dextrum vulneratum, ita ut specillum intromiserim per ipsius vulneris scissuram, vixit tandem quinque dierum spatium contra Galeni doctrinam dicentis: solum diem ac noctem vivere posse.

De septo seu diaphragmate opus est ut agamus. Est itaque musculus qui diuidit naturalia a vitalibus, Graecis dicitur diaphragma, quasi distinguens, latine enim exprimitur interstitium, sepes, & breuiter quid quid in aliqua re medium est, veluti narium interseptum vocatur diaphragma, Celsus vocat septum transversum, alij precordia id est Perycardia, Aristoteles, Perizoma, quod Gazacinctum vertit, Diazoma quasi Zona cingens per medium, Hipp. & Galenus phrenes quasi mentem dixeris. Situs eius in vltima Thoracis parte est, & summo abdomine.

Vulnera tandem ipsius prorsus incurabilia sunt, maxime si ad neruosam partem solutio pertingat, exiguus enim est, & in continuo motu; est etiam instrumentum euentans cordi seu flauclum, sicut folles fabricorum qui in eorum apertura suscipiunt aërem, quarum

*Curdia  
phragma  
in medio  
sit nerueū  
videndus  
est constā  
tius Varo-  
lus lib. 2.  
cap. 3. §.  
Et qm. pro  
per finem.*

rum



rum causa vulnus predicti conglutinari minimè po-  
test vt est mens Hipp. lib. sexto aphorismorū, sen-  
tentia 18. quando dixit; vulnera septi transuersi læ-  
thalia esse. Celsus lib. 5. cap. 26. dictū reliquit: si au-  
tem in carnosis partibus septi vulnera contingant  
coalescere, iam sunt visa, motu eius non obstante  
præsertim si inflammatio absit, si ad fuerit in cura-  
bilia redduntur; quia ex parte carnosam inflāmata, inflā-  
matur etiam nervosa; vnde venit illud prouerbum.  
Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Sæpius videmus qd scriptū Hipp. reliquit lib. pro-  
rethorū 2. in quo ait: quā sæpe enim vidi vulnera  
magna per sanari, quæ suapte natura, lætalia erāt & cō-  
tra minima pestifera esse. Sed in præseti vulnere o-  
mētū mitigabat dolorē simulq; impediebat ac suspē-  
debat inflāmationē, ne diapharagmati superueniret  
sic gessit vicē medicamēti. Quod latinis *Omentū*, Græ-  
cis *Epiploon* nomē de ductum à verbo *Epipleo*, id est  
*Supernauigo innatoq;*: quo circa cum omentum sum-  
mis intestinis veluti innatare videatur: hinc Græcis  
dictum est *Epiploon*, innatans nimirū summis intes-  
tinis, illisq; insidens quasi intestina super nauigans.

Sed antequam vltius progrediamur, videre li-  
cet; An omentum semper scindendum sit? aduriq;  
debeat? quoniā hoc opus, hic labor est. Hipp. enim  
lib. 6. aphorismorum, sentētia 58. sic se habet; si omē-  
tum excidat necessariò putrescit; & probat ratione:  
reperitinas mutationes natura non fert, omentū re-  
pēte exiit, repente etiā alteratur: quod alteretur pa-  
tet; quilibet aer calidus, frigidus est cerebro, vt ait  
Galenus. lib. 8. de vsu partium cap. 2. & 3. pari ratio-  
ne & omento, quia exanguis, ergo talem frigiditatē

*Galenus etiā  
de venesectione  
aduersus  
Erasistrato  
lib. 6. cap. 6.  
ad finem h.  
frequenter  
enim.*

*Horatius in  
epist.*

*Archana, pie  
colhomilect.  
10. de omen-  
to.*

B pati



pati minimè potest, ergo repete alteratur; ex illa autem alteratione fit corruptio, ex corruptione mors ut sum testis occultatus; vidi enim duos vulneratos qui ab alijs sive curati prima curatione: in qua imtempèriuè omentum introductum fuit, male quidem, quoniam ambo in tabe, ac omenti putredinem, nec non mortem inciderunt, post ipsam cadauera secui, vidi obseruavi prædictum supra esse verum: quod de more habeo in prædictis vulneribus cum omentum lucem videat, extraque peritonæum exierit, statim alteratur, statimque abscindo, ut in prædicto Classerio feci faciamque libenter quoadocumque non frigidum ac liuidum apparuerit, quia raro liberatur illi quibus omentum non seccatur; securitatem enim affert talis zircum abscissio, contra verò mortem. Sed finem imponamus cum Galeni doctrina dicentis eodem modo, loco superacitato, omentum verò & si minimo nudetur tempore, reductum putrescit: quam ob causam medicum partem illam, quæ fuerit nudata, solent resecare, nisi omentum ita celeriter intromittatur, ut non detur locus alterationi, ita ut si, reposito spiritu, possit intromitti vel industria vulnerati, vel iussu medicum illico apparerit, sic accideritque vulnus tempore calidissimo: idem Brasabolus refert. Siquis redarguat, reduci solere sine abscissione omentum: addatque & celeritate vulneratos superstites euasisse; dicere esse de raro contingenti; ideo non tentandum, sed communem doctrinam sequi debere tutioremque, ut est mens Ioannis Fragosi in expositione illa 46. si omentum exierit semper scindatur. Petrus etiam de Peramato lib. de temperamentis cap. 5. fol. 74 §. ita ut cerebrum sit æstiuo aere calidus: nudatum enim æstiuo aere leditur quia  
refri-



refrigeratur: vt ait Galenus. 8. lib. de vsu partiũ. c. 2.  
& 3. bene valet, cerebrũ calidius est omentũ, & alte-  
ratur: ergo quocũq; modo omentum exeat, alterari  
debet: ergo op9 est abciisione, totum omentum pa-  
tre fiat, te pereat vulnerat9.

Quoniã autẽ pinguedo omentũ sit cõnosa, putresci-  
bilis, & fæculẽta, colligas inde quoniã vbi e corpore  
nostro propter aliquod vulnus semel exierit, illico  
putrescit. Aliter cõtingit, siue accidit pinguedini  
subcute in toto corpore existẽti, vt pote quẽ non ex  
cibus in prima coctione, sed ex sanguine in carnẽ mu-  
tãdo remouetur. Prẽter hũc prẽcipuũ finẽ, alios etiã  
prebet nature abusus, quãdo quidẽ cũ intestina sint  
ferme exãguia, & substãtia, qua cõstent mẽbranosa.  
Paulo admodũ calore donatur propterea omentũ  
illis super extẽsum sua pinguedine, & cõsequenter  
calore illa fovet, eorũque digestionĩ opitulatur, om-  
ne enim pingue calidũ esse affirmat Arist. vbi de o-  
mentũ sermonẽ habuit qui mẽbranã sebosam & adi-  
posam nũcupat, quod sub Peritoneũ occurrit prẽdictũ  
omentũ quod est quoddã corp9 reti simile, ea de cau-  
sa Hispanẽ. *Redaño* adpellatur, & *Zirbus* à chirurgicis  
vulgaribus, ex duabus tunicis dẽsis subtilib9 mutuõ  
sibi incũbẽtib9: multis prẽterea venis, & arterijs,  
adq; pinguidine non pauca contextũ, vt ventrẽ, cu-  
ius fundo insidet, foueat, innatũq; calorem per ine-  
diam tuetur, vt mirificẽ est videre apud Guinthe-  
rium, institutione anathomica lib. 1. Si quis interro-  
get: Cur dpplicatum sit omentum? Re. & quoniam  
intestinum Colon amplitudine ventriculo proxi-  
mum insigni quadam portione sub eius fundo fer-  
tur: id circo omentum ab infimo sursum flecti-  
tur, & prẽdicto intestino iuxta ventriculi ductũ in-



seritur, vt huiusmodi etiam superfluo fruatur humi-  
do. Hinc nascitur figura omenti ob duplicationem  
sacculum imitata. Peritonæum est membrana præte-  
nuis aranearum telis simillima, apparet post abdo-  
minis musculos, qui octo numero sunt, vulnera præ-  
ter ea quæ peritonæum attingunt. In infra ipsum con-  
tinentur, simili etiam modo periculo non carent ob  
inflammationis timorem, quod videlicet in eo san-  
guis fluat, vnde etiam ducat originem peritoneum  
vide Archægelū d̄ peritonæo, lectione nona. §. prin-  
cipiū autē a quo. fo. 78. & Andream Lauren. historia  
Anatomica de Peritonæo. c. 8. §. oriri Peritonæum  
a plexu illo nervorum.

Abdomen siue lumen græcis Epigastrium, Ara-  
bibus Mirrhac pars ventris circa vmbilicū est octo  
composita musculis, vt dictum est quatuor obliquis  
duobus, transuersis, item duobus rectis, quibus inter-  
nè adiacet; Peritonæum que circum tensa tunica si-  
ue membrana inferioribus partibus vētris apparet,  
cuius functiones, eiusq; suendi rationem enarrat, vt  
videre est apud Galenum. lib. 5. de Anatomicis ad-  
ministrationibus. c. 6. & 4. de vsu partiū c. 9. Celsus  
lib. 4. c. 1. Abdominis vulnera docet Galenus curare  
sexto methodi. Aegineta lib. 6. cap. 52.

*Græci Gas-  
troraphiam  
vocant, Celsus  
lib. 4. c. 1  
Peritonæos  
a Græcis no-  
minatur in fi-  
ne istius, c.*

Non ab re erit vobis adducere vsus musculorum  
abdominis, qui deseruiunt tum ad reddendam vri-  
nam, tum ad alui deiectionē, quomodo, nobis sunt  
auxilio atq; ad fætum expellendum, vt docet Gale-  
nus lib. 3. de naturalibus facultatibus, vnā cum dia-  
phragmate superius descripto, ventris cauitas vnde  
quaque angustiatur, vt quidquid, in intestinis im-  
modicè abundat foras propellatur, vt mirifice ait Con-  
stantius Varolus. lib. 3. cap. 3. fol. 69. Ad



7

AD EVNDEM DOCTO  
rem Ludouicum Merca  
tum medicum Re-  
gium iure eme-  
ritum.

TRACTATUS IN QVO AGITVR  
de vera bubonis venerei cu-  
ratione.

**A**NNIS ante elapsis, cum vidiſſem vnã cū  
doctoribus Simone de Tovar, & Francisco  
Sanchez de Oropesa, nobilem quendam vi-  
rum pudendi inflammatione laborantem, ex om-  
nium tandem consensu ſanguinẽ illi detrahẽre iuſſi  
ex Basilica dextri lateris, de superq; imponere ſatis  
a Galeno recantatum vnguentum, quod refrigerãs  
vocatur, patiebatur etiã balani ulcus, ab eoq; pus  
manabat, pro cuius curatione sic institui. Re. aloes  
hepaticę. ʒ. j. viridi çris seu Ziniar Arab. scrup. j. ß.  
ſief albi Rasis. ʒ. ij. vini albi. vnc. ij. aquarũ capitum  
rosarũ & plãtaginis, hordeiq; ana. vnc. iij. melis ro-  
ſati collati. vnc. ij. miſce. Qua cõpositione vlcus ab-  
tergebatur terq; quaterq; quotidie. Oropesa mihi  
obiecit, An licere huic vlceri ſtiptica adhibere? cui  
breuiter reſpõdi; nullo modo debere vti his medica-  
mẽtis aſtrigẽtib9 in vlcerib9 pudẽdi Gallicis, nec re-  
pellere licere, ſed potius abſtergẽtib9. Iterũ cõtra  
reſponſionem replicauit dicens; vnguẽtum refrige-



rans repellere inflammationem, inflammationem  
originem ducere ab ulcere, ergo ipsum quoque repel-  
let, ac unguentum refrigerans repellit largo modo  
humorem contentum in præputio, non tamen in ul-  
cere, virtus enim efracta illic pertingit sine vlla re-  
pellendi vi, quia si repelleret, non liceret ipso uti,  
præcipue si vlcus evenisset a causa Gallica, ut implu-  
rimum accidere solet, præcipue his temporibus, ideo  
ipsum attingere non debemus, ut mirificè aduertisse  
videtur Petrus de Argelata per hæc & similia ver-  
ba. §. & similiter contingit vlcibus virgæ, quia habent  
res, non scientes operari, statim confortant virgã cum  
stipticis, quare materia ad istum locum fluere non potest,  
ideo ipsam petere cavitatem inguinum; fit itaque bu-  
bo, ut testatur Galenus lib. de causis, cap. 6. ad finem  
§. illud quoque non nunquam usu evenire solet, ut cum  
stiptica fuerint. hæc, per quæ ex purgantur meatus ad  
alia confluant loca. Non loquor de bubonibus qui  
ex inflammationibus inguinum accidunt, nam hi de  
bono sanguine fieri solent, ut Galenus affirmat.

Cap. de bubo  
ne tract. 1.

Lib. 2. de ordi  
nibus. 2.

Lib. 13. c. 9.

Sed antequam ulterius progrediamur, dicere de  
liberaui, quibus modis fieri potest inguinum tumor  
quibus etiam modis sumatur; primum vlcus mani-  
festum capitis bubonem in collo, manuum verò, sub  
axilla, pedum in inguinibus excitat, ut ex Galeni do-  
ctrina constat lib. methodi cap. 5. §. sic igitur fit.

Aduertendum tamen, est quod apostemata præ-  
dicta diuersificantur multum secundum loca varia  
in quibus existunt, in alio loco præterquam in inguine  
diuersificantur multum in curatione, illud tamẽ quod  
fit sub axilla quasi semper in pus conuertitur, quia  
materia est alijs calidior, quatenus excrementum cor-  
dis

dis



dis est etiam predictū caliditate. Est enim prope cor, ideo ad vicina loca deponit excrementa calida similia membro mittenti quo ad caliditatē, & alia ad supurationem deueniunt. Secus verò materię, quę currunt ad inguina, nō ita facile suppurantur, propter ea quōd ex non sunt ita calidę, sunt enim iecoris superfluitates, quod multum differt à corde, quare sepe resoluitur. Ista enim materia, aut resudat, aut egreditur per vrinę canales, & tunc nō saniatur; illa autem exitura quę fit in collo, aut post aures tardē resoluitur, aut maturatur, suppuraturq; & est minorum accidentium, pollet enim frigiditate, ideo tarde resoluitur.

Ad institutum redeamus, sat si huiusmodi digressio. Secunda verò die apparuit glandula (quę *Seca* vulgò dicitur) orta, vt suspicor, ex balanivulnere, vt sæpius euenire solet. Iterum sanguinem detrahendo creui, sed ex talo v, t aliquid de parte affecta euarē; predicti ambo, reuerūt, ita vt si esset bubo venereus, nō enim erat nisi lançola (quę sic vulgò appellatur) in principio virgę; non inguine, vt bubo fit, quocirca ansam ministrarunt dubitandi, An in bubone venereo esset sanguis detrahendus.

Sed pro quęstionis elucidatione, primū partē affirmatiuā proponā; deinde negatiuā: Postea verò quid tenēdum tanquam stabile affirmabo, vt inferius patebit. Sed in limine huius dubitationis opere prætiū duxi aduertere quod hoc nomen, bubo, seu bubon est partium laxarum, vt pote quę glandularum tumor, vt Galenus lib. meth. scriptum reliquit; vel inflammatio 2. ad Glauconem, huiusmodi sub axillis, retro aures, inguinaq; vt iam dictum est. Ex nō nullis



lis fiunt causas, prima ob malā iecoris cōplexionē; ob mēbri virilis vlcera, siue carie; sunt etiā dolor, casus, ac humorū abundantia nec non intempestiua suppressio gonorrhœ. Gallicę Sed ad vnguē causā referamus. quæ sæpessæpius evenire solet ob humanæ conuersationis fragilitatem, causa cuius fit concubitus cum foeda muliere, ex illo concubitu fit contagium per vrinæ foramen, seu ipsius meatum. Et etiam ex agitatione coitus, ex qua corrumpitur semen, vel ex vlcere pudendi viri, mulieris ve contactus ratione inficitur alteruter; & est tanta contagij vis solum enim faucibus inflammatis ex vlceratisq; mulieris viriq; præputiū, ac glans, seu Balanus virus Galicum contrahere solent.

Et ne sine ratione loquamur ad vertere oportet modum contagij. Nam lues Indica & edendo, bibēdo, dormiendo non solum concubitu ex vno in aliū transigat, & tabes, & pluraq; alia, vt tutissimū sit nō versari cum huiusmodi viris. Quod & Moyse pro didit Leuetico cap, 3, At contagium ex venereo magis hæret, ita non facilē cōcipitur, vt si proluatur locus, vt aliquot horas non cōmunicetur, leuis enim putredo est; quæ verò facillimē concipitur, & citò perimit, & citò sanatur. Hęc igitur quatuor in vnum conueniunt communicari, augeri, perdi ac sanari.

Hoc modo huiusmodi Gallicus morbus communicatur, vapor seminis corrupti mulieris, seu viri sordidi, qui per virgæ foramē ingreditur. ac ipsius cavitatem corrumpit; siue afficit iecur, vel saltē venā cauam, arteriamq; magnam sua benefica qualitate; vnde Gallica materia, quam natura inicitur procul ab internis visceribus exterius propellere, nō est repellenda



pellenda, nec reflectenda ulterius, sed statim ab initio digerentibus, l. etiã maturantibus res agenda est vnã cum attrahentibus, & potius procurandum vt recipiãtur antequam recurrat interius fluxo, sed naturam rectè operantem sequi ac imitari, & ad adenes (quas Græci aiunt) foedum humorem detrudere (ã nostris glandosę carnes dicuntur) hac etiam ratione imbecilles fuerẽ à natura creatæ, vt excrementa mandata ab internis visceribus facile possent admitti in ignobiliora loca certissimum signum contractæ luis primæ speciei.

Sed obiter de Gonorrhæa aliquid dicendum est: quæ duplex est, vna propria, in qua assiduè semen emittitur quæ extenuationem parit & vniuersi corporis tabem etiam inducit vt 6. xpi. sectio 7. vt testis est Satyrus ille in Thaso nomine Grypalopex qui vigessimum quintum ætatis annum agens, cum noctu & interdiu semen effeunderet, anno 30. contabuit & mortuus est: Aretæus Gonorrhæam viam esse ad paralyfim resoluta refrigeratoq; corporis habitu dicit alia verò in propria dicta quando per pudendum substantia alba fluit quæ non est semen, sed pus, quod colligimus; quia semen sine dolore emitti solet, pus verò cum dolore; præcipuè in virgæ erectione ob vlcera multitudinem paruorũ, quæ fiunt á puris malitia, ac acrimonia, quod emanat ab instrumentis seminis, scilicet á glandulis prostratis. Igitur Gonorrhæa instrumentorum seminis affectio est, non pudendorum, quæ seminis genitalis via sunt, quæ excernitur: quod docuit Galenus. Quod Græci Gonorrhæam, vulgus *Purgacion de riñones*, Appellat, Malè quidem nomen hoc impos-

*Vt ait Gordonius Gonorrhæa est, emissio spermatis in voluntaria. c. 3. partic. 7. de passio generatim in viris.*

*Galenus 6. de locis affectis cap. 6.*

**C** fitum



situm est. Credo tamē nomen Gonorrhœe fuisse im-  
positum ob maiorem venustatem. Hanc doctrinā  
Galeni veram sequitur Andreas Laurentius, qui ait  
inflammationem, vlcusq; glandularum prostratarū  
parere Gonorrhœam venereā. Qui plura circa hoc  
velit, legat quæ lib 5. cap. 11. in contrauerijs muscu-  
lorum an notauit. Nomē Gonorrhœe ducitur, seu  
deriuatur á Græcis Gonorrhœa, à Latinis *Seminis  
profluum*, appellatur, componitur enim ex *Gonè*,  
quod est semen genitale, & *Rhein*, quod est fluere.

*An Gallicus  
morbus fieri  
potest sine  
contagio.*

His itaq; constitutis, inquirendū est (vt non nulli  
interrogant) An Gallicus morbus fieri possit sine cō-  
tagio? Vallesius 4. epid. huic dubio breuiter satisfa-  
cit, dicens argumētū est hoc illius esse primū princi-  
piū quod vix vnquā sine congressu cū sordida mu-  
liere nasci posse existimo, Veneris enim immodora-  
tus vsus circa vllam contagionem id vitium efficit,  
quod morbū Gallicū vulgus appellat. Quod Hipp.  
confirmat. 3. epidem text. 22. Abderis Nicodemum  
ex venere & potu febris corruptit. Quod probatur  
ratione, veneris immodicus vsus facit malignas suc-  
corum patrescentias. Ergo datur omne genus mor-  
bi, debilitat omnia nostri corporis principia, tū ce-  
rebrum, cor, deniq; iecur, proinde neruos debilitat,  
cruditatesq; inducit, ergo nō est mirum, quōd debi-  
litas principijs vitæ morbus Gallicus oriatur. Quod  
etiam statuit 4. Epid. historia Nisipij. Quod si verū  
est ex doctissimi Vallesij suppositione, verū quoq;  
erit ex nostra in viris mulieribusq;, & etiam viduis  
quæ olim veneri deditissima fuere, nunc verò mo-  
destè ac continenter viuentes ob maximam attrahē-  
di in partibus genitalibus relictam consuetudinem,  
posse



posse euenire, vt partes attrahere non cessent, nō tamen expellant. Vnde fit quòd semen ibi multū retentum circa venerem cum sordidis, vel non sordidis putrescat maligne, inficiatq; succos Gonorrhææ que patiatur quæ non quæcunq; feminis effusio est sed ea quæ crebrò accidit. Sic sentit Aurelianus, cū cōsulite propio capite, cum certissimum sit per morā vitari, magis verò quod id vitiū versio est in substantiā frigidam vitæ aduersam; par est id citius sentire noxā, quod suapte natura magis frigidū infrigidū inclinatur, & partes principes, veluti iecur, exonerari tentātes bubones, seu reliqua accidentia primæ speciei efficiant, ac nisi morbus impediatur fiat deterior temporis processu. Circa hoc vide Veigā commentario super sectionem 5. fol. 400. §. mulieribus.

Vnde audeo affirmare hunc morbum non esse nouū, sed alterius sæculi, vt Plinius lib. 26. c. 1. huius deterremi affectus cum omnibus suis notis fuit memor, affertq; ibidem historiam, in qua hanc luem Tiberij Claudij Cæsaris principatu Itaiam aduentasse refert, quodā Perusino equite ab Asia contagionē huius morbi impotante, à Græcis *Lichenis* nuncupari certissimum est, à Plino capite supra allegato *Mētagra*; ab alijs etiam *Pudendagra* dici meretur. Vnde sic infectos solo osculo leui alios inficere, & pudendorum coniunctione quotidie labefactare solebant (vt his tēporibus accidit) quoniā nihil sub sole nouū; alij A Egyptum huius morbi genitricē fuisse dicunt: Nicolaus Leonicensis etiā, & Hugo Senensis suis cōsilijs de cutis infectionibus cū pustulis faciei, huius morbi aperte meminit asseuerans iuuenem viginti annis natū ostreacas testaceasq; crustulas totum

Lib. 6. de locis affectis



corpus ambientes intensis doloribus passum fuisse, eisdem noctu magis molestantibus. &c. Et princeps Auicena 2. canone c. de Oliuano etiam huius morbi meminit. Sed ad medicinæ primatē accedamus. 3. aphorismo. 20. Qui Lichenum meminit, & Iacobus Forlibensis exponens prædictam sententiā, & ipse etiam Hipp. 2. de morbis parag. caries, seu teredo do, tubercula, & quæ vlcera. &c, quæ ibi possunt videri. Hoc etiam confirmari ex sacra pagina potest in lib. Iobi, quem morbum Gallicum passum fuisse verò simillima coniectura scribi intelligemus, ideo tale testimonium afferri cōuenit, cui minimè cōtradecere quis poterit. Vatablus quem Cistercensis sequitur, aut elephanfiam aut verò scabiē (quam ita vocant) Indicam, morbū ve Gallicum fuisse existat illud vlcus pessimū, eūq; significari voce originali.

Ratio etiam Vatabli coniecturam confirmare videtur. Nam ex medicorum iudicio is affectus contagiosus cum vlcere, aut immani cruciātu varijs locis emergit, ac sæpe extuberat, in corpus omne spargitur, & nō solū carnē, sed partes etiam solidas peruagatur, vniuersamq; corporis substantiam peruertit, rectè itaq; dicetur, qui tanta peste laborat: a planta pedis vsq; ad aduerticē dolere, nā ossa vitiantur, & nerui vincula, tendones maligna excrementa in ossū internodia se insinuant, & efficiunt cruciatus implacauibiles qui noctu ferè ingrauescunt: conficitur corpus doloribus vigilijs, diraq; tabe.

Quæ omnia in Iobo reperiri non difficile fuerit demonstrare, vt ait doctissimus Ioannes de Pineda Societatis Iesu super eum locum Iobi afferens tum ea quæ diximus, tum ipsum Iobi testimonium ex c.



20. *Nocte os meum perforatur doloribus.* Pergit ulterius idem sapiens interpres in hoc quoq; verba vniuersam corporis substantiam à recto statu dimouerivo luisse aduersarium verò simile est: itaq; ea etiam ratione & morbo fædissimo, qui cum scortatorum & turpissimorum hominum flagellum sit, viro sanctissimo, & honestissimo ignominiosissimum, & acerbissimum existeret, ita vt non incommode in hanc rem quadret illud Sophar scoma; ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient.

*Brassabolus  
do morbo  
Gallico fol.  
523. §. 9. 2.  
hoc tempore  
humiditates  
mouent.*

Et ulterius pergens idem doctissimus Pineda ait ego de Iobo affirmare audeo potuisse hoc morbo laborare, nam Dæmonis arte qui humanæ corporis temperiæ, & humorum vim pœnitus cognoscebat potuit ad huiusmodi intemperiem adduci vt in malignam illius morbi naturâ humores degenerarēt.

Iam itaq; suspicor, permittente Deo, id fuisse Iobum passum, vt magis elucesceret in eo viro sanctissimo patientia tanquam illius virtutis viuo exemplari. Non aliter atq; de Tobia dicitur, *Vt posteris daretur exemplum patientiæ sicut & sancti Iob.* Adde quòd cum hic morbus, peccatorum esset, ipse sine culpa illum patiebatur, vt Dominus Deus noster suo ore protulit, dicens. *In omnibus his Iob non peccauit.* Theophrastus, Paracelsus secundæ partis chirurgiæ magnæ tract. 1. cap. 8. fol. 98. §. Gallica enim lues, non solum ex naturalibus, sed Dei permisso. In quo loco affirmat luem Gallicam præter contagionem posse euenire. Quibus omnibus satis probatum manet luem Gallicam posse prouenire ab alia causa præterquam à contagione.

*Tob. 2.*



*Anima ratio-  
nalis in  
corruptibilis.*

Restat modo aliquibus rationibus, probare quod supra asserui de morbo Gallico. Illum scilicet provenire ex veneris immoderato usu, eo quod corpus humanum semper tale, & semper corruptibile, ut sunt omnia, e quibus componitur, præter animam rationalem quæ est incorruptibilis.

Secundò probatur, semen ab omnibus corporis membris procedit, ut dictum reliquit Hippocrates de aëre, aquis, & locis. Et Andreas Laurentius lib. 8. cap. 2. ad finem §. semen ratione sui corporis.

Sed si aliquis obijciat; semē laboratur in testibus; ergo ab ipsis ipsum descendit solum. R. semē ratione corporis à venis tantum effluit, ratione autem spirituum, qui per uniuersum corpus aberrant, & vagantur, ab omnibus corporis partibus manere potest. Itaque; seminis materia duplex est; sanguis, & spiritus, hi in coitu consumuntur. Ergo non est mirum (si absit partibus alimentum. & spiritum copia quibus partes indigent, spiritibus ut viuificentur ipsæ partes, alimento, ut nutriantur) quod marcescant: & in cute fætida pustulæ, tubercula, talpariæ & alia huiusmodi erumpant, verum signum vasorum materiæ, & venosi generis quæ in ipsis contenta sunt.

Si quis interroget: Quo alimento nutriantur membra omnia nostri corporis? Re. Galeni doctrina lib. 2. de naturalibus facultatibus c. 3. dicētis quod sanguine nutrimur. Ergo bene sequitur ab eodem sanguine genita esse: sicut iisdem sumus ad nutrimur, cū duplici membrorum genere cōstentus, feminaliq; & carnosus, duplici etiam opus fuit partiali materia. Sic ut utroq; sexu duplex semen reperitur, ut Hipp. 1. de dicta, alterum robustus, & calidius, alterum debi-



debilius & frigidius, illud masculineum, hoc verò foemineū vocamus ex quorum varia per mixtione & victoria mares, foeminaſq; generari non est dubiū. Atq; hoc primum eſto generationis principium.

Non nulli tamen interrogant: Cur præputium, vulua, fauces, lingua, oris labra recipiunt tam facile huiusmodi contagium? Dicerem (niſi aliud placeat præſtantię tuę) quoniam membra iſta ingrediuntur in corpus: tum etiam quia calida & humida, unde aboriri ſolet putredo: & quia laxa admodū ſunt & impetu humor Gallicus ore euacuatur inunctis ob eius commoditatem, laxitatemq; ac teneritatem ipſius ideo facile excoriantur, & citò agens facilius imprimi in ſubiecto diſpoſito ob frictionem, vt pudendis accidit, & etiā huiusmodi humor in corpore retentus, contagioſus cum ſit, maximè putredine afficitur, quemadmodum vrinæ euenit, vt refert Ariſt. lib. problem. ſect. 13. problemate 1. per hæc verba. Cur fætidiior vrina redditur quò diutius in corpore manſerit, ſtercus autem minus.

Vlcera verò oris non ſunt ab argētiviui cōtracta ſed a multitudine humoris reconditi, nō datur enim talis contactus phyſicus, cuius cauſa vlcuſcula ſiue aphatæ ipſi ori euenire ſolent, vt male aiunt non nulli; præcipuè cum argentum viuum polleat frigida te, humiditateq;, vt teſtatur Frater Alfoꝛſus Auera cruzce ordinis Eremitarum. §. frigidum & humidū in ſecundo gradu, ſoluitq; neruos & Paracellus.

Nervus ergo omnis in exortu ſuo fibras habet multiplices ex medullari ſubſtantiā & tenui membrana cōſtatas. Ex quo inferri poteſt: quòd Argētū viuū caput attingere non debet, ne frigiditate, ac humiditate

*Ariſto. præblema 13.*

*proble. 1.*

*Vt libelo noſtro de argento viuo diximus,*

*Tertio metho. ſpecu. 4. de metal. liſ fol. 326. de argento viuo.*

*§. frigi.*

*Paracellus de male curatis aegris reſtituendis. lib. 3. c. 16. fol. 147. §. ſtapefaciens di totum corpus participare.*

*Vide \* An. dream Lau. lib. 4. c. 18. §. nervus ex go.*



tate qua pollet capiti offendat fricatio tanquam ner-  
vorum principio. Hanc etiam sententiam sequitur,  
Hugo Senensis super Fen. 4. Avicen. cap. 2. primi li-  
bri quæst. 3. ad finem, quidquid dicat experientia  
sine ratione ut optimè advertisse videtur Antonius  
Musa lib. de morbo Gallico §. ex ijs qui dicta sunt:  
quia fricatio sensibiles meatus aperit id facile re-  
cepit contagiū à quo & pudendi caries seu ulcera cō-  
tingunt, quæ male curantur ab indoctis chirurgicis,  
scilicet cōfortantibus stipticis, medicamentis quæ  
chalastica debent esse, id est, laxantia nō stiptica: cau-  
sa eorum inspirare non valent contagium, ac purga-  
re per ipsius virgæ ulcera, quo fit retrocessus, effi-  
citurq; bubo. Vnde erit verū dicere incidit in scyl-  
lam cupiens vitare Caribdim. Quare à repellenti-  
bus stipticis medicamentis fugere deuemus, ut Pe-  
trus de Argelata supra dixit.

*Petrus de  
Argelata.*

Ad rem igitur deueniendo, ut ad vnguen præ-  
dictam quæstionem pertractemus, diuersorum au-  
thorū sententiā adducere conuenit. Varij uariā te-  
nuere sententiam, quorum primus est Petrus Pau-  
lus Pereda Valentinus qui in bobonis curatione sic  
inquit: cum bubo sit intemperies cum à fluxu humo-  
ris habet aliquid factum, & aliquid quod fit, præuide-  
bis alio reuellens humorē fluentem ad locum affe-  
ctum, reuulsio hæc sanguinis missione exercebitur,  
secta basilica eiusdem partis, siuæ cum loco affecto  
rectitudinem seruat: Id verò quod in tumore factū  
est, curari debere euacuatione, quæ sectione venæ pe-  
dis eiusdem partis commode fit; hæc Pereda qui in  
suis scolijs grauissimos quosq; medicos ut ametho-  
dos increpare non cessat.

*Ambro*



Ambrosius etiam Pareus de lue venerea cap. 24.  
ad finem. §. de hinc si res exigat ægro sanguis detra-  
hetur, & chatartico humores purgabuntur. Id etiam  
Botallus eodem tractatu fol. 245. in hæc verba pror-  
rumpit, quandoq; tamẽ adeo pertinaces sunt, vt sup-  
puratum obnixẽ resistere videantur, quos emplaf-  
tris fovere calidioribus oportet, vt suo dicemus lo-  
co, inter hæc (ait Botallus) ne verearis, statim venam  
aperire ex crure eiusdem partis, scilicet, ex alterius  
brachio si ab illis non liberẽ emanauerit, & si san-  
guis aliquam patiatur à natura trãsmutationem cor-  
pus vnã purgato. Haftenus Botallus. Iddem tenet  
Petrus Turrifanus cap. de Bubone.

Horum autorum sententiam his medijs compro-  
bo. Ad medicum chirurgum pertinet curare citò, &  
tutò & sine dolore, vt ex sententia Asclepiadis com-  
pertum habemus. ergo tali medico conuenit mate-  
riam morbificam bubonem efficientem, tum sangui-  
nis missione, tum expurgatione ipsam educere, vt  
citiùs pristinae sanitati æger restituatur: patet conse-  
quentia, quia securior cæteris terminationibus est  
resolutio, quæ efficaciter fit media reuulsione facta  
in principio, alijsq; remedijs secundum veram me-  
thodum adhibitis, ergo intentum,

Arguet aliquis: bubo terminari potest mortifica-  
tione, cuius nos testes oculati fuimus non rarò. Sed  
hæc maximè a medico euitanda in principio, & nul-  
lis alijs remedijs quã sanguinis missione, ergo exer-  
cenda est, & si fiat reuulsio vomitu etiam citò termi-  
nabitur, secus si suppuretur. Ergo reuulsio fieri de-  
bet. R. in humoribus non habentibus contagium, cõ-  
cedimus: in habentibus, negamus. Præcipue si ad ig-



nobiles petat partes vt Horatius Augenius. i i. epistolarū Epist: 5. si nobiles, puta crebrum, cor, & iecur, repellere licet. Vnde manifestè sequitur quòd bubo ignobilem occupat, quale inguen est, ergo attrahere ad illud, nō reuellere, sed potius suppurationē moliri, debemus, vt Gallica lues expurgetur, nō tamen resolutionē tentare: materia enim crassa manet, subtilis verò resoluitur.

Ad secundam propositæ Quæstionis partem deueniendo, vt in ipsa cōtrarias rationes & autorum testimonia afferam, vt ex his subvestræ dominationis correctione partem tutiorem humanæ salutis habendam esse iudices, sit huius propositi caput Calmetheus de bubone venereo, in quo ait, nequaquã est vena secanda, nec medicamentū laxans propinandum, reddit rationē, dicens ne naturæ motus impediatur, sed medicamentis attrahentibus &c. In eadem deuenit sententiam Horat. Augenius. lib. i i. epist. & consultationū epist. 5. fol. 137. §. Gall. affectus vt iã obsedit corpus vniuersum, aut in hepate incipiens (id pono ne videar in aliorū fundamantis non conuenire quæ hic subuertimus aliaq; in medendi rationem docētes) à valida virtute ad infimas partes potissimum ad ipsas adenes, inguina, & vocata emunctoria trāsmittitur. Si totum corpus inuaserit ex dextro cubitu vacuato sanguinem: Si verò in ipsis inguinibus malum trāsmisissum fuerit, cane peius & angue (vt est in prouerbio) evitanda est huiusmodi venæ sectio. i. quia naturæ opus imitandum. Non subuertendum, quod faceremus si ipsa deorsum pelente, nos sursum traheremus. Mox quia nō licet virus, aut materiã ab hepate trāsmisissam ab emunctorijs



rijs reuellerē adeūq; trahere locū a quo expulsa fue-  
rat. Quod claris verbis dixit Cardanus lib. de medē  
di metho. §. nā cū medella hęc. Etiā Trincabellus  
testatur lib. 3. de compositione medic. cap. 22. quo  
ait bubones esse manifesta signa contractæ luis.

*Errone. 28.*

Aduertāt adolefcētes, obsecro, quōdin nonnullis  
casibus curā habere oportet ad ignobiles partes ac  
minūs principales attrahere, vt sunt retro aures, ce-  
rebri, allæ cordis, inguina iecoris, & est ita semper  
necessariū mēbra principalia expurgare, ac per loca  
ignobilia noxiū humorē expellere, ac ipsa excre-  
mēta deponere, & medico tanquā naturæ ministro  
cōpetit, vt Galenus docet ad Trasybulū, ipsam, si de-  
ficere videatur, adiuuare: vt in bubonibus rebelliori-  
bus fieri debet sanguinis missio, ex talo, aut poplite,  
nō tamē ex brachio, vt tenet Fernelius, Galen. etiā  
in arte medicinali ait, si humores sunt petētes partes  
principes, vt imur cucurbitulis cū scarificationibus,  
in quib9 natura impotens est ad coctionem, tūc tē-  
poris & crudi abscessus optima est sectio, vt docuit  
Galen. Aduertendum tamen est euacuationem  
per vomitum fugiendam esse; quoniam ipsa retra-  
hit humorem ad ignobiliorem partem petentē ver-  
sus nobilem: quod Horatius Augenius dictum reli-  
quit tomo. 1. supra alegato eiusdē sentētiz est Dyo-  
nisius Daza lib. de tumoribus præter naturā Hiipa-  
no sermone scripto cap. proprio. Id etiā defendunt  
Gabriel Falopius, & Fracantianus tractatu de mor-  
bo Gallico capite de bubone, qui nostrā sententiam  
ad vnguem explicant, vbi eam lector latē poterit vi-  
dere. Id etiam Iulius Arantius parrapho qua prop-  
ter, si natura sapientissima per conuenientia loca  
noxium humorem moueat, non est aliō auertenda.

*Fernelius  
lib. 2. meth. c.  
7.*

*Lib. de cōpo-  
sitione phar-  
macorum, se-  
cū dū locos c.  
de parotidi-  
b9 prope sē-  
nem.*

*De tumoribus præter  
naturā c. 47*



*De inguinū  
tumoribus.*

Quo circa damnandividentur illi, qui incipientibus huiusmodi tumoribus genitalis carie, alijsq; indicijs committantibus venam secare, corporis purgationē aggredi non verentur. Ioannes Argenterius id ipsum defendit. Quæ quidem opinio validissima hac ratione stabilitur: humores qui in partes principes confluunt, diverti debent, irritandi verò sunt, qui ignobiles occupant. Ergo irritandi, non tamen subvertendi, quod facilè constat vel ex Galeni doctrina. I. epid. part. 2. commentario. 44. §. aut abcessus ex decubito in partes ignobiles: tum etiam arte medicinali c. 29. §. quos enim effluxus, accidit his, humores bubones efficientes sua innata gravitate, & pondere ad inguinum laxitatem descendere: tum quia graues crassiq; sunt, tum etiam contagiosi.

Sed ne autoribus neotericis nostra sententia tantum innitatur, prodeat iam in lucem Hipp. medicorum facilè princeps, sic nostræ sententiæ fuet dicens quæ ducere oportet quò natura vergit per loca conferentia eò ducere: in cuius sententiæ commentario nos docuit Galenus oportere medicum naturæ inclinationem animadvertere, & si idonea fuerit, subministrare, sed facta sanguinis missione talis naturæ motus impeditur, ergo in bubone venereo sanguinis missio nullo modo reuulsionis gratia est exercenda, sed potius ad eandem partem debere attrahi sanguis & totis viribus ipsum suppurari. nam, vbi suppurationem mollimur, sanguinem aduocamus. Galenus. 5. de simplicium medicamentorum facultatibus cap. 8. & 9. Quod desumpsit ex Hippocrate. 6. epidem com. 1. text. 31. Z. probatur ex eodem Hipp. atq; eius enarratore Galeno. 6. epidem com. 2. text.



30. in celeberrima illa Simonis historia vbi inquit, late pustule nō admodum pruriginosę, quales Simon Hyemehabebat, qui cū ad ignē inūgeretur, aut aqua calida laueretur iuuabatur, vomitus nō iuuabant, pu- to si quis calida fomenta adhibuisset, vilitatem per- cepisse. In eius sententię commentario ait Galenus Tantum illud nouisse satis sit, succos ad cutem ver- gentes, per eam esse euacuandos, nam iterum ad in- tima corporis reuulsio longinqua est: Hęc Galenus. Sed in huiusmodi bubonibus venereis ad illas par- tes adenosas natura mittit materiam Gallicam, quā impedire pessimum esset: nō ergo sanguinis missio- ne, vomitu, nec purgatione curatio exerceri potest. Quōd vomitus reucllat, patet: Galenus enim reuel- lere dicit agens de Ischiade: sed in principio accep- to cibo; secus verō in bubone: facit enim eiusmodi vomitus reconcentrare materiam.

Sed dicet quis: Inferius in eadem enarratione seu historia Simonis præcepisse Galenum sanguinis missionem, expurgationemq; ante fomentorum ca- lidorū vsum, ne plus attrahatur, quā euaporetur. Cui respondendum censeo; tantum habere, vt prop- ter hoc incōueniens a nostro proposito discedamus vt hoc tantum curemus, & huic attractioni demus operam medicamentis id valentibus, & alijs huius- modi, quibus in bubonibus pestilentibus vtimur.

Tertio probatur: humores crassi sanguinis missio- ne incrassantur: tales sunt bubones efficientes: ergo non potest his adhiberi venę sectio. Maiorem pro- bat Auicenna. c. de phlebotomia, dicēs: & in vniuer- sum caue ad unum duorum egrotantem ducas; vel calidorum efferuescentiam, vel frigidorum crudita



tem: Quod autem hi humores bubones efficientes crassi sint, patet: quia ex eo quod crassi sunt, non possunt expirare ut ex prædicta historia Simonis manifestè apparet.

Quarto probatur: quia si sanguinis missio esset exercenda in bubone, ut fit in morbis alijs cutaneis maxime, ut reuelleremus, ne in partes principes humores decumbant; ut fit in Variolis: in his enim non ratione humoris in cute contenti, sed in vasis relictis, in bubone verò, cum in partes ignobiles humor decumbat, non reuellere sed attrahere oportet, ergo sanguinis missio in bubone venereo non potest exerceri reuulsionis gratia.

Vnde in vniuersum decisus, ad particularia propositionibus descendendum est, sub tua correctione. Sed ne argumenta proposita pro parte contraria in decisa videantur, ipsis satisfacere conabor.

*Primi argu-  
menti solutio*

Ad illud primum, quod ex sententia Asclepiadis adducebatur, sic respondeo; ad maiorem propositionem: habere locum in morbis non dantibus inducias expectandi, qualis proterat esse bubo pestilens: Ad minorem verò respondeo: bubonem venereum esse exceptionem illius vniuersalis regulæ, dignior est enim resolutio exceptis bubonibus huiusmodi.

*Secundi ar-  
gumenti so-  
lutio.*

Ad alterum, quo intendebamus vniuersales evacuationes conuenire, ne mortificetur pars, respondendum est; habere locum in bubonibus in habitu pleno, statuq; plethorico; secus verò a lue venerea ortis, de quibus hic agimus: quæ quidè doctrina est Fracãciani vbi supra.

In horum verò curatione; in principio nec venã secare, nec pharmacum expurgans exhibere conue-

nit



nit præter aliquod lenitium, veluti cassiam vel prunorum carnem, vel syrupum nostrum de Senna, vel etiam de Fillicula, quem in usu habent Hispalenses ne fiat retractio materię efficientis bubonem ad interiora vasa, ni fortè fuerit summa repletio, vel cacochymia, tunc è talo potest vena seccari, seruata rectitudine, excremètaq; ventris clystere deponere non tamè catharticum propinare, ne fiat retractio materiæ aduersus naturę institutũ. Sanguinis missio ex talo inter attrahentia medicamèta ponitur. Si Galenũ consulas lib. de renum affectionũ dignotione, ac curatione cap. 4 quò sanguinem mittere ex vena cubiti, non tamen, ex talo, debilibus scilicet quia retentrix facultas, quæ est imbecillis non retinebit, & vniuersum præceps rapit, & partè assiduo de fluxu impetat, succis videlicet in locũ imbecillem perpetuò decumbentibus; ad hæc conducit historia. 7. epidẽ text. 103. §. orto iam deteriori illo tumore circa lienem missilem copiosius è sinistro maleolo, vt deoneraretur liẽ, & natura prouocaretur ad abscessum eundẽ, quẽ prius tẽtauerat: vt Vallesius in Anaxenoris spleneticis commentario dictum reliquit.

Vt sigillum huic veræ opinioni imponamus, doceat etiam omnium optinem, præstantissime medicorum præteritorũ, & præsentũ melior sic. §. ceterũ in bubonibus, qui ex morbo Gallico fiant, cum motus vehementia careant, nulla reuellendi super est necessitas, quin potius præstat ad locum affectũ humores trahere, vt in bubonibus pestilentibus fieri solent, vt tota veneni vis per bubonem expiret, nam cũ aliter fit, grauiora symptomata, grauiora que morbi pullulãt, & reliqua. Hęc habui, vir grauiissime, quę

circa

*Text. 103.  
Anaxenoris*

*Lib. de comuni. & pecu. indicab. præfidi Artis Medicæ: fo. 175. ceterum in bubonib.*



circa institutum scriberē, que potius tua, quam mea,  
dici possunt, quando quidem ex tuo fonte fluxisse fa-  
ceor; nam, ut omnibus notum, est in tuo Museo non  
solū adolescentibus, verum etiam senibus, doctrinę  
varię neētare suauiores, pręceptaq; instillantur.

His finitis, Hęc methodus in bubonis veneri cu-  
ratione sic instituenda venit, solet enim lues Gallica  
pręcedere; aut statim antequam aliud malum in cor-  
pore videatur; aut postea quam nimia celeritate vl-  
cuscula penis chirurgorum curiositate nimis prope-  
re sanata sunt: pręcedit etiam Gonorrhęa ineptiq;  
supprimunt ipsam quocunque modo contingant bu-  
bones non repercutientibus nec refrigerantibus, sed  
relaxantibus & emollientibus; & modicę maturan-  
tibus, & etiam attrahere licet a profundo adcutim;  
Sed hoc pręmeditatione faciendum: si vehemens  
dolor partem apprehēdit a quo vigilię fiunt febres  
quę succedunt, vires que resolūtur; anodinis potius  
quam aliis opus est, ut Oleis chamomillę, amigda-  
rū dulciū, liliorū, ana ꝑnc. semis. hyfopi humidi ꝑnc.  
j. axungię gallinę quod sufficiat mis. etiam si nullo  
modo humori fluenti opituletur; tum etiam uti so-  
leo sequenti emplastro; frumenti farinę, hordeiq;  
feminis lini, olei communis quod sufficiat propulte,  
croci. 3. ss. mitigat, concoquitq;. Sed tamē si sedato  
dolore natura testudineo gradu expellat, quoniam  
causa humor lentus, crassus que sit; oportet medicū  
adiuare medicamentis attrahētibus, sed a leuiori-  
bus esse incipiendum iudico: igitur decoctione ra-  
dicum lilij, altheę, maluarum, camomillę, semi-  
nis lini, fœnugręci, foueatur tumor quia, importuna  
balnea augent fluxionem, hac enim in re maximę



laudatur; & si ægrotans fuerit cacochymus, habue-  
 ritq; apparatus morbosum, applicetur cucurbitula  
 prope tumorē, vt aliquid materiæ, quæ est in mēbro  
 mittenti, attrahatur: vt mirificē docet Hieronimus  
 Capiuatus de lue venerea c. ii. de bubone fol. 82 r.  
 §. natura iuuanda applicata ventosa cum flamma, ci-  
 tra scarificationem &c. deinde suppurationem mo-  
 liri; ideo huiusmodi emplastri compositione opus  
 est Pulpæ Althææ axungia porcinæ, ana. vnc. iij. fa-  
 rinæ frumenti excorticati, & foenugræci & seminis  
 lini ana. vnc. ij. cum prædicta de coctione foueatur  
 bubo cum oleo irino, & adipe vitulino fiat empla-  
 strū cui adde viscum quercinum ad humores cras-  
 sos ac viscidos foras ducendos, diffundendos, ac  
 digerendos commendatum, vt refert costæus  
 quod mitigat dolorē, laxatq; poros, vt suscipiat flu-  
 xionem Gallicam, vt de onere tur natura, aumento  
 autem, vti soleo sequenti emplastro vtriusq; diachi-  
 lonis ana. vnc. semiss. ammoniaci, opoponacis,  
 ana. vnc. j. pulueris marcasitarum, ʒ. j. semiss. pistis  
 gumis pistillo calido & fiat emplastrum, quo stre-  
 nuus chirurgus vti poterit, sed quotidie foueatur  
 tumor decoctione supra dicta; quia attrahit, cale-  
 facit atq; humectat, ideo pus mouet, constat enim  
 & calido & humido temperamento, sed tēpus ido-  
 neum in alijs benignis apostematibus est, quando  
 partes inflammatione infestantur, & vehemen-  
 tius iam pulsitant, & dolor ac febris succedunt,  
 nulla spes est resoluedi, ideo tunc esse applican-  
 da pus mouentia Hipp. sententiam sequutus & etiam  
 Gal. 4. methodi cap. 5. versiculo vbi vehemētig iam  
 pulsitant, & ea quæ naturæ motus impediunt aufer

2. apbo. 47.



re necesse est. Et maximo artificio tumorem euocare ac extra propellere seu extrudere in venereis vero bubonibus sufficit durities longa calorq; auctus si Tagaultio credimus dicenti.

Tagaultij  
chirurgie  
lib. 1. cap. 3.  
fol. 14.

Durities longa, pulsus dolor & calor aucti.

Signant pus fieri: sed factum dicta remissa.

Sub digitis vndans, albescens pars & acuta.

Quibus carminibus nos docuit quando recludere debemus, ac maturantia medicamenta tumori applicare oportet in frigidis ac pituitosis tumoribus quando vna cum contagio ad sunt alicui parti nepe inguini, vel retro auribus colloq; calidum euocare ac maturare dum durities aduenerit quae non morari necesse

6. epid. sect.  
2. tex. 24.

est recludi conuenit ac concoqui igitur claris ac expressis verbis Hipp. consuluit, in alia carminum parte demonstrat, pus iam esse confectum, in tertia & vltima tempus idoneum aperiendi emplastrum quo recludimus, ac maturamus predictos bubones, sic se habet. Re. caricarum sic carum. Sed nouarum femine eiectione nec non vmbilico caepe (sive commiu. Grae-

Mesues defer  
meto vel etiam  
uti possumus  
emplastro fer  
meti descrip  
to a Democri  
to, vide super  
hoc Mesuem  
distinct. 11.  
de vnguentis  
fol. 196.  
vide etiam  
Monardum,  
Syluiumq;

cis) rubeae alliorum Syluestrum, vel domesticorum sub prunis decoctorum, ana. vncias duas, maluarum & radicum althaeae liliorumq; ana. M. i. hidropiperis M. ss. coquenda, coquantur, & pinsentur quibus adde spumae nitri vnc. ss. fermenti vetustioris vnc. j. farinae seminis lini faenugreci titriciq; excorticati ana. vnc. j. stercoris colubini & sinapis ana. 3 i. axugiae porcinae vetustate praeditae vnc. vj, & olei liliorum vnc. ij. cui adde melis communis vnc. iij. attrahit enim, ut lacuna ait cap. de mele cui adde duo lutea ouorum, & non sint hypenemia. Huiusmodi autem emplastrum attrahit venenum concoquitq; tum gallicum

tum



tum etiã pestilens attractio enim á profundo corpõ  
 ris trahit ad circumferentiã, vel cum Gulielmo  
 Rhẽgino lugdunão dicamus: attrahens facultas est,  
 quæ succos ex alto vehementius euocat, vt calidum  
 tenuium partium vt indiãtamo, quod cognomento  
 ephemeron, gręcè, latinæ dicitur dictamun cre-  
 tense, idem refert Guido tract. 7. Doct. 1. capit. v.  
 idem Haliabbas. 5. de medicamentis attrahẽtibus, si  
 bubo suppurari videatur, etiã si non perfecte, vt in  
 his bubonibus parotidibusq; contingere solet a-  
 periendus candẽti ferro, ne tumor recurrat sed ma-  
 teria per ipsũ vlcus, quod infigitur expurgetur, om-  
 ne enim suppurans sine recidua fit. Hæc enim con-  
 coctio, & crisis simul & abscessus vt Hipp. 6. epid &  
 etiam Vallesius. 5. epidemion tex. 16. §. vixitenim 9.  
 vltus & purgatus: id frequenter facio sine cuspide  
 inquã acuta, sed lata vt optime fiat expurgatio, vel  
 medicamẽto quod similiter scharam efficit vt vsq;  
 digeratur sequenti digestibo terbentinæ claræ &  
 vnguenti rosati ana. vnciam. ss. oui vnus vitelli mis.  
 & fiat digestibum, cui adde croci tantillum, de  
 super tetrapharmacum axungia porcina factum,  
 si mulier, aut adolecens, fuerit bubone affectus  
 ac per duos menses, expurgetur, virus Galli-  
 cum, tametsi indies crudum ad vsq; videatur vl-  
 cus adimplendum vigonio puluere, destillatione  
 facto per optime calcinato; illico pulverem in aquã  
 vitæ injicere iterumq; destilletur, postea lento igne  
 diu agitetur posteaq; aqua rosacea ipsũ permiscere  
 decet, & sublimatorio prædicto puluere corrigere  
 postea ipsũ infunde plantaginis solatriq; aqua, & ad  
 solis æstũ caniculę relinquatur. Vt mordacitatẽ amit

sectio, 3. 12.



tat contractam à forti, aqua sic carnem putridam sine dolore adimit, abstrahitq;. Digerit etiã quam celerimè vlcus à bubone relictum nec nō alterius generis, puta etiam vulnus quod tractu temporis tumidum ac male olens fit, pulueré prædicto facilè reducitur, vt passim videmus in sancti Regis Hermenegildi Hospitio quod cardinalis vulgo appellatur. Tū etiam in sanctorū Cosmæ & Damiani nosochomio in quo Gallicam luem curamus si vero vlcera cōtrahere videãtur calositatem, mirifice ipsã tollit mixtura ex alumine vsto, prædicto puluere mixto æquo pondere. Si ore præiunturarum doloribus capitisq; gummositatibus alicui obfferre volueris infunde ipsum oleo amigdalardulcium, per dies tres cuius accipe grana. 5. vel. 6. totidem pulueris dia M, fr. fiatq; de aurata pillula quam deglutire debet terue quarterue vel magis vt necessitas obtulerit interpolatis diebus longa enim experientia comperum habeo quam plurimos sanitati fuisse restitutos vt testis oculatus est, dignissimus pijsimusq; Doctor Ioannes de Salinas prædicti hospitij administrator.

Si tandem ad fuerit necessitas vniversalium euacuationum, facta prius distinctione, purgatione, an bene sectione opus sit. Quæ non ante apertionem, labiorum, digestionem ve bubonis fieri debet saltem purgatio.

Si autē bubo paruitate fuerit præditus, timor est ne resoluatur; tūc sola calce sapone per mixta viua excitetur vlcus etiã si magnus fuerit fieri potest vt virus expurgetur, fōtanellarū more, si vero materia benigna fuerit tumorq; suppuratq;, maximè artificiosum esse illū resolueret dixit Gal. lib. de medico, &



13. methodi si tandē resolutionē natura tentauerit  
 quæ inutilis est in ijs bubonibus Gallicis, siue etiam  
 pestilentibus (vtilissimam verō suppurationem  
 esse iudico,) hoc sequens vtile est. Recipe. bdelij  
 Galbani, Ammoniacci, resinæ liquidę singulorum  
 scrup. iij. piperis longi & nigri, seminis lactuce tyl  
 uestris, sulphuris viui, spumæ nitri, aut eius loco sa-  
 lis gemmæ, salis ammoniacci, cardamomi ana. ʒ. j. &  
 in aceto dissoluantur, fiatq; emplastrum, cui miscea-  
 tur ad octo pharmacopola. ʒ. j. Argēti viui extincti.

Atq; de his quidem hactenus, abunde. Laus

Deo Optimò Maximò qui me eri-  
 piat à lingua dolosa. Anno

Domini 1606. scripsi

Spali.



 EN MI LECTOR SYRVPVM

fennæ magistralem, cuius in  
opere mentio.

**R**ECIP. smilacis asperæ vncias .6. folioꝝ  
rum fennæ vncias. 8. lig. san. epithimi ana  
vncias duas, polypodij vncias. 4. Aristolo-  
chiæ rotundę vnciã semissem. Hermodactylorum  
vnciam vnam, hordei excorticati, & passularum si-  
ne vinaceis ana. p. ij. glycyrhizę rasæ vnciam vnam,  
prunorum damascenorum duodecim. Radicũ diu-  
reticarum vnciam vnam & semissem, florum cordia-  
lium. p. j. absinthij pōtici. M. ij. Succorum borraginis  
& lupulorum ana vncias. 8. anisi & cinnamomi-  
ana. ʒ i. aquæ fontanæ lib. 12. fiat decoctio secundũ  
artem ad consumptionem sex librarum, in cuius ex-  
pressionem adde sachari tabacet lib. 6. fiatq; syrupus,  
qui cum additione, ac sine ea fit prout se se offert ne-  
cessitas: si humor enim peccauerit pituitosus siue  
phlegmaticus; tunc adde agarici vnciam vnam & se-  
missem: si melancolicus adde myrabo. citrinorum  
vnciam vnam; sibilis vero abũdarit misce Rhabarba-  
ri vnciam semissem; quod fiat infusione non tamen  
substantia. Quo syrupo solemus gallicam luem re-  
mouere præcipue illamque ad primam. l. secundam  
speciem pertinet, ceteræ vero maius petunt reme-  
dium.



*[Handwritten signature]*





